



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 123. Gubernatricis studium circa dissidia inter Fœderatos conflanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

qui  
mif-  
dem  
tra-  
Bel-  
fe-  
ere  
ant  
llia,  
pe-  
eo  
one  
niæ  
ent  
al-  
erat  
ius  
em,  
tu-  
ane  
ata  
jus  
ata  
m-  
er-  
ne  
nt,  
en-  
nis  
no  
li-  
ut  
ri-  
pluribus ejusmodi irritationibus incita- Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.  
ret ejusdem moram, eumque eo in-  
duceret, quatenus haud amplius sup-  
petias mittere cunctaretur.

### §. CXXIII.

#### *Gubernatricis studium circa diffidia inter Fœderatos conflanda.*

Interea Gubernatrix eorum, quæ in *Strada l. 3.*

his congressibus agitata sunt, haud  
ignara opportune animadvertebat, quod  
ob rumorem de proximo Regis adven-  
tu in Belgium aliqui ex conjuratis ti-  
midius agerent, hinc in artificio con-  
fandum esse querendum existimabat, ut  
hac ratione hos sibi penitus devincire  
posset: itaque missis ad eos literis bene-  
volentiæ, ac fiduciæ plenis, promissa  
adjecit, quibus quosdam privatos ad sua  
studia sollicitare conabatur, atque ad  
aliquos etiam, quos sciebat Religioni  
haud infenos, Sygraphas dedit ex  
earum numero, quas illa apud se habe-  
bat Regis nomine subscriptas, ac nu-  
merandæ pecuniæ fide munitas, easque  
verbis composuit tempori accommodatis,  
eos adhortans ad propugnandam Re-  
ligionis caussam, populosque in pristi-  
na obedientia, modestiaque continen-  
dos: has vero ita singulis tradi curavit,  
ut alios, qui ejusmodi literas non ac-  
ceperunt, id non omnino lateret, sicque  
inter

**Sæcul. XVI.** inter eos suspicio, atque abalienatio  
A.C. 1566. suborirentur. Sub idem tempus per-  
 commodum accidit, quod Gubernatrix  
 acciperet a Rege literas aliquot ipsius  
 manu exarratas ad Oranium Princi-  
 pem, ac nonnullos Belgii Proceres be-  
 nevolentiae signis resertas, quas mox  
 typis edi, evulgarique jussit: ex quibus  
 omnibus factum est, ut conjuratorum  
 multi omissis foederatorum cœtibus, aut  
 in domos suas redirent, nonnulli privata  
 sua negotia curaturi, aut accederent  
 Gubernatricis partibus, & gratiam  
 Principis promereri, quam indignatio-  
 nem experiri mallent, cum ad id par-  
 tim metus, ne a Proceribus in suis  
 consiliis nutare incipientibus desereren-  
 tur, eos adigeret, partim etiam spes,  
 cuius pleni erant, eoquod præcipue se  
 honoratos a Rege, atque appellatos cer-  
 nerent, eosdem animaret, simul que  
 induceret aliorum offensio, quibus  
 se suspectos, atque invisos facile opina-  
 bantur.

### §. CXXIV.

*Eiusdem consilium de reprimenda se-  
 ditiosorum audacia.*

**H**ac Foederatorum dissensione erige-  
 batur Gubernatrix, animoque sta-  
 tuebat, vim, extremaque adhibere om-  
 nia ad seditiosorum contumaciam ferio-  
 profli-

